

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Commentum super Cantica canticorum**

**Gregor <I., Papst>**

**[Basel], 13. März 1496**

Capitulum V

[urn:nbn:de:bsz:31-313445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313445)

**aa** Fons ortorum puteus aquarum uiuentium: que fluunt impetu de libano.]

**R**ecte in emissionibus ecclesie: fons ortorum & puteus aquarum uiuentium describitur. Quid enim per fontem & puteum: nisi sancta scriptura designat: que sic aqua sapientie generat: ut & potates semper reficiat: & tamen manare non desinat. Que bene ortorum esse perhibetur: quia illorum specialiter est sancta scriptura: in quorum mentibus uirtutum semina oriuntur. Sed querendum nobis est: quare fons & puteus utriusque simul scriptura dicatur: cum fons in superficie appareat: puteus uero in imis latens omnes se querentes maiori labore exerceat. Sed sciendum est quod diuina scriptura in quibusdam manifesta: in quibusdam uero locis obscura se prebens: & aliquando leuiter sicut inuenitur: tanquam fons potat: & aliquando magna inquisitione eget: ut inuenta sumatur. Quia uero sancte scripture intellectus per aquam designat: ostendit alibi eorum diuina uoce de reprobis dicit: Auferet dominus ab hierusalē: mittam eis sitim aque & famem panis. Et per esaiam dicit: Auferet dominus ab hierusalē: & iuda omne robur panis: & omne robur aque. Ubi notandum quod robur panis prius: & postea robur aque auferat. Dum enim grauius uicta scripture non perquirunt: ut mandant: paulatim a scientia decedat mens: ut aliquando non leuia etiam intellectu captant. Sed aque iste bene de libano fluere cum impetu dicunt. Libanus enim ut dictum est dealbatur interpretatur. In baptismo quippe dealbamur: dum amissa nigredine peccatorum ad mundiciam noue uite reformamur. De libano ergo aque putei fluunt: quia in baptismo electi quique donum spiritus sancti accipiunt: quo illuminati scripture sacre sensum intelligunt. Que scripture scientia tanto fluit impetu: ut electos dum tangit ab huius uice amore submoueat: & ad eterna gaudia impetu sui quosque adherentes traiciat. Hinc est etiam quod in psalmo scriptum est. Flu-

unt impetus letificat ciuitatem dei. Impetus enim fluminis ciuitatem dei letificat: cum per donum sancti spiritus fortiter inuidiam scripture sapientia sancta ecclesia uel cuiuslibet capitulis mentis infusione sua exhilarat. Ad cuius spiritus aduentum malignus spiritus increpat: cum his in subsecutionibus dicitur.

**bb** Surge aquilo & ueni auster perfla ortum meum: & fluent aromata illius.]

**Q**uid enim per aquilonem qui in frigore perstringit: & torpentes facit: nisi immundus spiritus designat: qui reprobos omnes dum possidet a bono opere torpere facit. Per austrum uero calidum scilicet uentus: spiritus sanctus figuratur: qui dum mentes electorum tangit: ab omni torpore relaxat: & seruientes facit: ut bona que desiderant operentur. Hinc enim dicit: Conuerte domine caecitatem nostram: sicut torrens in austro. Surgat ergo aquilo & ueniat auster: & perflat ortum sponsi: & fluant aromata illius: ut uidelicet spiritus malignus ab ecclesia uel unaquaque electa anima discedat: & spiritus sanctus adueniat: qui ueniens charitatis ignem cogitationibus infundat: & a torpore negligentie dum se infuderit: soluat. Quod dum agit aromata fluunt: quia dum adueniente sancto spiritu cor quod prius torpuit: ab ope se excitat: mor sancte operationis opinionem per primos quosque sua uelut discurrunt: ut quique ad dentes ad eadem se accendant: & austro flante idem spiritus sancto se infundente uirtutum odoris emittant: ut ubique sanctus ortus floreat: & post flores fructus redolentes & reficientes producat. In quocumque sponsa dilectum inueniat cum subdit:

Capitulū V A

**V**eniat dilectus meus in hortum suum: & comedat fructum pomorum suorum.

In hortum dilectus uenit & fructum comedit quando spiritus mentes uisitat: & bonorum

operū delectatione se satiat. Unde et idēz  
subijciens dicit:

**V**eni in hortum meum so-  
ror mea sponsa: messui mirrhaz  
meā cum aromatibus meis. Lo-  
medi fauū cum melle meo: bibi  
vinum meū cum lacte meo.]

**M**irrhā dilectus cū aromatibus metit:  
quando xp̄us mortificationē vite ad perfe-  
ctionē perducta: electum suū ab hac vita  
succidens: ad celestē bozeuz cum sancta  
opinione inducit. Fauū cum melle come-  
dit: quādo desideriu sanctū in sanctis ope-  
ribus latens perficit: et ad sanctoz termi-  
nū sanctam animā sua delectatiōe impi-  
guanā transigit. Vinū vero suū cum lac-  
te bibit: quādo et perfectiōe quorundā se  
reficit: et innocentia alioz cum pietate di-  
ligens: vtrosq; ad eternū terminū ingerit.  
Ad quoz exemplū quosq; remanētes in-  
uitat cum subiūgit.

**V**enedite amici mei: bibite  
et inebriamini charissimi.

**N**otandū in primis est: quia qui come-  
dūt amici: qui vero bibūt et inebriant: cha-  
rissimi esse perhibent. In quibus verbis  
intelligi dat: quia in hoc loco comedere  
bonū est: sed bibere et inebriari ampli⁹ bo-  
nū est. Sunt nimirū quidā in sancta eccle-  
sia qui sic diuina audiūt: vt celestia plusq̄  
terrena amare discant: pro eoz desiderio  
multa pauperibus tribuāt: a prauis ope-  
ribus se custodiāt: nulla alicui violenter  
rapiāt: ecclesie predicationē libenter aus-  
diant: in fide se instruant: et et operibus  
sanctis exerceāt: et tamē vxores habēt: pi-  
guora nutriūt: res suas diligunt: quāuis  
his omnibus xp̄m preponant. Hi pfecto  
comedūt et amici sui: quia sanctā scriptu-  
ram audiētes: talem sibi refectionē assu-  
mūt: vt et si ad summā perfectiōis adhuc  
non assurgūt: tamen scdm modū suū per-  
fecti: in preceptis diuinis sine crimine vi-  
uant. Quod dū beati iohannis parentes  
zacharias v delicez et hellsabeth cōserua-

re studuerūt: per reuelationē angelicā in  
senectute sua filiu accipere meruerūt: quo  
maior inter natos mulierū non surrexit:  
et ip̄m saluatore mundi digno ostendere  
et baptizare meruerit. De cuius parentis  
bus dicit: Erant autē iusti ambo ante de-  
um: incedētes in omnibus mādatis et ius-  
tificatiōibus deo sine querela. Sunt ve-  
ro alij qui tanta auiditate diuinā scriptu-  
ram audiūt: vel legunt: vt p̄tinus cūctis  
terrenis opib⁹ abdicatis: sola celestia am-  
biant parētes: vxores: domos: filios: etiā  
et omnia transitoria abijciant: solūmodo  
xp̄m sequi et amplecti cōcupiscant. Eius  
desiderio se affligūt ieiunio: afficiūt lacri-  
mis: exerceant meditatiōibus diuinis: so-  
la que sunt eterna cogitāt: contemplatiōe  
bus vacant: ad hoc laborantes: vt ea que  
retro sunt obliuiscētes: in anteriora ma-  
gis ac magis se extendāt. Quid pfecto  
isti quid aliud agūt: nisi bibentes inebria-  
tur: vt dum omnū terrenoz per desideria  
um obliuiscunt: iure a sponso celesti: non  
tantū amici: sed et charissimi vocari mere-  
ant. De quibus idē sequit̄ et dicit:

**E**go dormio: et cor meum ve-  
gilat.]

**H**uiusmodi quippe electi cor sponsi bes-  
ne vocari possunt: qui quo amplius exte-  
riora que sunt in mūdo fugiūt: eo secreti⁹  
ea que sūt interiora sponsi cognoscūt. De  
quibus pculdubio idē sponsus alibi dicit  
Qui diligit me diligitur a patre meo: et  
ego diligā eum: et manifestabo ei meip̄m.  
Dormit ergo sponsus et cor ietus vigilare  
quā dum xp̄us iam glorificatus in beati-  
tudine quiescit: quicūq; eum perfecte dilē-  
git: vt ad ip̄m perueniat laborat. De qua  
vigilatiā sponsa superius dixit. Quis esset  
rex in accubitu suo: nard⁹ mea dedit odo-  
rem suū. Quid em̄ illud quiescere dormi-  
re dicat: id manifestat: quod alibi legit.  
In pace in idip̄m: dormiam et requiescā.  
Quod tamen ip̄m et ip̄a sponsa de se dice-  
re potest: dicat ergo: [Ego dormio: et cor  
meū vigilat.] Ac si aperte mens sancta  
loqueret̄ dicens: Dum a mūdānis tumul-

hinc exterius dormio: in interiori cogitatione que sint celestia vigilans penso. Sancti etenim viri dum terrena omnia despicunt: dum tumultus mundi offitino fugiunt: dum otium in via dei assumunt: nequaquam ut corpori vacent: ea dimittunt. Sed interioribus laborantes que sint illa: ad que facti sunt in corde aspiciere contendunt. Neque enim torpescunt dormiunt: sed ut liberius eterna delectatione a transitorijs rebus requiescant. Quos tamen aliquando sponsus ad perfectum primorum excitat: et ut eis cum quibus viuunt proficiant: ab ocio quod diligit reuocat. Cuius vocem audiens etiam cum dormit sponsa dicit.

**Et vox dilecti mei pulsantis.**

Quid est pulsans dicat subiungit.

**Et aperit mihi sponsa meam amica mea: columba mea: immaculata mea.]**

Causam etiam clamoris annexit dicens:

**Et caput meum plenum est rore: et cincinni mei guttis nocturnis.**

Dum sponsa dormit dilectus ut aperiat et pulsat: quia dum sancta mens sibi ipsi per otium intendit: Christus multa peccatorum opera in hoc mundo tolerat: que nisi spirituales viri ad doctrinam se accingant: nunquam per se ipsos carnales: vel agnoscant: vel corrigere curant. Vult ergo sponsus ut aliquando otium dimittat: et ad edificationem primorum spirituales quique sollicitent: quod dum perfecti viri sibi solis per interiorum quietem intendit. Vult sponsus quod seculares ad peiora magis ac magis corrumpant: dum cum propter silentium spirituum ritualium semper minus ac minus cognoscunt quod ipse manifestat cum dicit: **H[uius] caput meum plenum est rore: et cincinni mei guttis nocturnis.]** Quid per caput sponsi: nisi deus? Et quid per rorem in hoc loco: nisi lamentatio dicitur: nisi frigora mentium carnalium accipit: Scriptum est enim. Caput Christi deus. Et de frigore cuiuslibet carnalis mentis iterum scriptum est. Sicut frigidam facit cytherna aqua: sic frigidam facit malicia suarum. Caput ergo Christi plenum est rore: quod multi in

ecclesia possit: et deum eum credunt: et tamen frigidi persistentes ad ardorem charitatis non accendunt. Per cincinnos etiam eosdem populos intelligimus: quos in fide viuunt: tatis: quasi in capite Christi pendentes et oppositas mentes scimus. Sed cincinni pleni esse dicuntur guttis nocturnis: quod dum in tempore huius temporis nebrose spiritualitatis se suspendunt: magis ac magis stillantibus iniquitatis fluit: ad hos accendendos sponsa excitat: dum spiritualis ritualis quilibet per edificationem plurimorum ab ocio ad prelationem ecclesie vocat. Sed quoniam meruit ne si ad prelationem venerit sollicitudinibus mundi occupari necesse sit: sicque dum per occasionem edificationis plurimorum spiritualibus se inclinauerit: quietem amittat: etiam sordibus peccatorum se inficiat. Ideo clamanti sponsa respondet dicens:

**Et expoliaui me tunica: quomodo iterum induar illam? Laui pedes meos: quomodo iterum inquinabo illos?]**

Tunica sua sponsa se expoliauit: quod omnia exteriora quibus honorabatur et onerabatur abiecit. De qua tunica dicit: **Hinc autem qui habet tunicam vendat eam: et emat gladium.** Gladium quippe: vendita tunica emit: qui per eternis temporalia abdicat: et in sancta conversatione viuens: verbum predicationis acquirit. De quo dicit: **Et gladius spiritus: quod est verbum dei.** Pedes autem suos sponsa lauit: quod dum in sancto ocio sancta anima viuunt: opera sua studiose ad memoriam reducit: et quicquid in eis sordidum examinando deprehendit: lacrymis quotidianis et gemitis plagit. Pedes itaque lauit: quod preterita opera quibus per hunc mundum dissolute ambulauit plaxit. Pedes lauit: quasi peccata abluens lacrymis munda in conspectu dilecti sui apparere concupiuit. Hos pedes iterum inquinare meruit: quod valde sollicita est: ne si in platea ponatur: per terrena ambulans iterum suscipiat quod dimisit. Idcirco ab ocio inuita recedit: quod dum a marinis fluctibus aliena est: quasi in litore posita securi viuunt. Sed dilectus non leuiter mortem primorum:

tolerat. Ideoq; pplus accedens per spm  
es excitare nō dubitat: vbi dicit:

**Dilectus meus misit manū  
suam per foramen: et venter me-  
us intremuit: ad tactū illius.]**

**M**anū dilectus ad spōsam mittit per fo-  
ramen vt surgat: qm̄ per subtilē intellectū  
quāta sit operatōis diuine: virtus ei inspi-  
rando manifestat: qd̄ videlz̄ et inter peris-  
cula saluare possit: q̄ etiā in pacē nisi per  
eū saluus sit: nemo q̄ in tumultu certami-  
nis sperātes in se nō derelinquit. Ad cus-  
tus tactū venter sponse intremiscit: qz̄ san-  
cta aīa quo amplius diuinā potentā per  
interforē vīstatiōē principaliter sentit:  
eo stricti⁹ iudicat: quicqd̄ in se carnale de-  
prehendit. Quo em̄ maiori charitate in  
eū ardet: quē mente cōcipiscit: eo timidi-  
us se ei subijcit: et amplius verē: ne spon-  
sus in ea aliqd̄ inueniat: ppter qd̄ eam a  
se dimittere velit. Ideo sponso obediēs  
ad laborē se preparat: vt sicut in quiete fa-  
miliaris sponso: sic et in labore deuote ser-  
uicēs appareat. Ideo subdit dicens:

**Surrexi: vt aperirē dilecto  
meo.]** Tacta surgit vt aperiat: qz̄ dū spi-  
ritū dilectōis amplius solito accipit: mor-  
de edificatiōe pximi cogitat: et predicādo  
agit: vt apertis cordib⁹ sponso ad inha-  
bitādos pximos veniens: aditū intrandi  
inueniat. Que etiā cū predicatiōe exem-  
pla operū auditoribus demōstrat dicens:

**Manus mee stillauerunt  
mirrhā.]** Quid per manus nisi opatio-  
nes: qd̄ per mirrhā: nisi mortificatio car-  
nis accipit? Manus ergo spōse pdicātis  
mirrhā stillāt: qz̄ quicūq; alijs pdicāt ne-  
esse est: si multis p̄ficere velit: vt in om-  
ni ope suo carnalē vitā mortificare cōten-  
dant. Sed vt hoc cū magna discretiōe fi-  
at: manifestat eū subijgit dicens:

**Digitū mei pleni sunt mir-  
rha probatissima.]**

**Sicut em̄ ab vna manu plures digitū di-  
uidunt: sic in vna sancta p̄uersatiōe per di-**

seretionē diuerse virtutes inueniūt. Alia  
em̄ est virtus largitatis: alia virtus parci-  
tatis. Aliud opus humilitatis: aliud libe-  
re increpatōis: aliud vero agim⁹: qm̄ nos  
sub silentio p̄tinemus: ppter edificatiōē  
pximā: aliud qm̄ pximis loquimur: ppter  
vilitatē suā. Sed digitū mirrhā p̄batissi-  
ma pleni esse p̄hibent: qz̄ in offiē qd̄ agi-  
tur s̄mp̄ necesse est: vt mortificatio carnis  
lītatis teneat. Que tunc p̄batissima esse  
iure dicit: qm̄ in om̄i suggestiōe: que ab  
hoste ingerit sine cessatiōe voluptas car-  
nalis cauet ne suscipiat. Quod quādo sit  
om̄is duricia mentis dissoluit: et vt spon-  
sus intret ad cor aditus preparat. Vinc  
est q̄ sequitur.

**Pessulum ostij mei: aperui  
dilecto meo.]**

**P**essulū ostij facimus qm̄ per voluptas  
tes carnis aditū cordis cōtra sponso oba-  
seramus. Pessulū vero aperimus qm̄ res  
mortis voluptatibus fluxis: cor nostrū in  
amorē xp̄i quod prius durū fuerat: solui-  
mus: et sponso pulsanti ad ostiū introitū li-  
berū facimus. Quod dū in hac carne vis-  
ultimus: quia rep̄te fieri non potest restat:  
vt magis ac magis quotidiē faciamus.  
Nemo em̄ sicut scriptū est repente fit sum-  
mus. Aliquādo em̄ dum in hac corruptio-  
ne positi dñm nostrū querim⁹: magis nos  
bis elongari q̄ appropriare videt. Ideo  
q̄ sequitur.

**At ille reclinauerat: atque  
transferat.]**

**M**odo sponso dilectū tangit: nō decli-  
nat: qz̄ qm̄ nos torpentes cōspicit: ad amo-  
rē incitat: qm̄ vero laboratibus nobis pos-  
se app̄hendi videt: tūc ne app̄hendendū  
trāsit et declinat. Ad maxie in nobis ḡfa  
agit: vt v̄z nec in torpore n̄ro iacētes: oīo  
eū amittam⁹: nec de plena eius vt nob̄ vi-  
det: app̄hensione sup̄biamus. Qui mo-  
tū vt recesserit redit: et ne diutius aīa sc̄ta  
a dilecto suo alienetur verbo inspiratiōis  
sue desiderati aīe se infundit: et eā liques-  
cit. Tandē exultat sponsa dicens:

**Q**uonia anima liquefacta est:  
vt dilectus locutus est.]

**A**d verbū sponsi liquefactā se dicit: quia dum xp̄us se per spiritū suū anime desiderati se infundit: omnē duriciā cordis moy chrymas liquefacit: vt vix capere possit. Hoc q̄d se capere intra se exultat: et intus intret quid fuerit: et quid factā sub se ip̄am videat. Quem liquorē dum sentit perfectius apprehēdere cōcupiscit: et ali quādo dum hoc ip̄m cogitat: hoc q̄d modo sentiebat: iam nō sentit. Unde sollicitat ad querendū: vt hoc idem inueniat: sed aliquādo dum etiā diu fatigaret: non inuenit quod modo taz presens tenebat. Ideo sequitur:

**R**quesiui et nō inueni illum:  
vocaui et nō respondit mihi.]

**Q**uerit sponsa dilectū: sed nō inuenit: quia a deo inspirata mēs assidue suauitate illa intima perfrui cōcupiscit. Sed corruptio phibet: quā in hac vita gerit. Accat ergo et nō respondet: et quia in orationibus et operatiōibus suis dulcedine illius presentie satiari appetit: sed ad votū suū hoc q̄d inuocat non occurrit. Restat ergo vt in se reuertēs se cognoscat: et per scripturas sanctas dilectum suū magis ac magis illo gustu adiuta perquirat. Et hoc est quod sequit:

**S**inuenerūt me custodes qui  
custodiunt ciuitatem.]

**D**um inquisitione dilecti sponsi sollicitat: in custodes ciuitatis incidit: quia dñi sancta mens de desiderio sponsi sui xp̄i se affligit: predicatorū verba in scripturā diuisi suscipit: et eis quādiu a xp̄o exultat eiusdē quē querebat amore intēdit. In quibus quid exercitatiōis inueniat: subligit.

**P**ercusserūt me et vulnerauerunt me: tulerunt palliū meum custodes murozum.]

**C**ustodes percussit sponsas et vulneras

quia predicatorēs sancti dñi celestia loquuntur: amantē animā afficiūt: et maiori amore sagittant. Palliū tollunt: quia si quid pompe secularis residuū erat in corde: exhortatiōibus suis ab anigno auferūt. Palliū tollūt: quia aliquādo ante verba predicatorū nos nō cognoscebam: ip̄is omnē quod interius latebat dñi loquūtur detegūt. Quod dñi sit amplius diligēdi sūt: et vt pro nobis dilecto loquant: deuotius exorādī. Ad agit sponsa dñi subiūgit.

**A**diuro vos filie hierusalē:  
si inueneritis dilectum meū: vt nūcietis ei: qz amore languero.]

**D**um est sanctis viris cogitatiōes nostras referamus: dñi eius siue viuētibz nobiscū: siue tam vitā eternā ingressus desiderii nostrū expandimus: et per deū oramus: vt domū xp̄o pro nobis orando offerant: desiderii quo afficimur: et quid aliud agimus q̄ filijs hierusalē adiuramus: vt dilecto tui nobis proximiores sunt nūciet: qz amore languemus. Sed et ip̄i sancti si adhuc nobiscū sunt: et oratores suos orāt: et qui vt nūciet orant: pre humilitate tanq̄ ignari interrogāt dicentes:

**Q**ualis est dilectus tuus ex  
dilecto o pulcherrima mulierū.]

**S**ed quia quo ardētius diligūt eo dulcius verba de eo repetunt. Idem ipsum iterum dicunt:

**Q**ualis est dilectus tuus ex  
dilecto: qz sic adiurasti nos?

**D**ilectus ex dilecto sponsus dicit: vt vt delictet per repetitiōe dilectiōis maritū amor loquētis ostendat. Sed dilectus ex dilecto bene xp̄s vocat: quia si filiū diligimus: et patrē ex quo est consequēter amam. Respondet sponsa sublequēdo dices:

**D**ilectus meus candidus est  
et rubicūdus: electus ex milibz.]

**C**andidus et rubicūdus xp̄us esse perhibet: quia nullū omnino peccatū faciens iusticie pulchritudinē ex integro tenuit.

et tamen tanquam peccator esset ad mortis passionem accessit. Qui per prophetas dicitur. Quare ergo rubrum est indumentum tuum? Electus vero ex milibus: quia ex totius generis humani massa nullus sine peccato reperitur: ipse homo non solum sine peccato fuit: sed etiam peccatores sua iusticia et sanguine redemit. Sequitur.

aa **Caput eius aurum optimum.** ]

**Caput christi deus.** Ad caput bene aurum dicitur: quia ad comparationem creatoris omnis creatura res vilissima penditur.

bb **Coma eius elate palmarum nigre sicut coruus.** ]

**Quid per comas christi: nisi fideles quosque intelligimus?** Qui dum fidem trinitatis in mente custodiunt: et deo adherentes quod creditur faciunt: quasi capite pedentes honorem portanti offerunt. Palma autem in altum valde crescendo proficit: et victoria significatioe sua pretendit. Coma ergo sicut elati palmarum sunt: quia electi quicumque dum semper ad alta virtutum se efferunt: per dei gratiam quicumque ad victoriam se perducunt. Nigre autem sicut coruus exiit: quia quicumque virtutibus in celum se erigunt semper tamen peccatores se esse cognoscunt. Sequitur.

cc **Oculi eius sicut columbe super rivulos aquarum que lacte sunt lote: et resident iuxta fluenta plenissima.** ]

**Oculi sponsae sicut colubae sunt:** quia predicatorum christi qui via nobis ostendunt in simplicitate vivunt. Super rivulos autem aquarum esse perhibent: quia semper in reflectioe divinarum scripturarum perseverant. Lacte vero sunt lote: quia gratia creatricis sapientie tanquam lacte matris a peccatis per baptismum sunt mundate. **Quid autem per fluenta plenissima iuxta que resident intelligimus:** nisi sacre scripture profundam et archana dicta: que descripsimus: quibus nos reficimus: dum ea legendo vel audiendo haurimus. **Ad hoc etiam colubae iuxta fluenta residere solent:** ut volantium avium umbra in aqua videatur: super aquam se projicientes vngues rapacium sic effugiunt. Sic san-

cti viri in scriptura sancta fraudes demonum perspicitur: et ex descriptione quam vident quasi ex umbra hostem cognoscunt. **Hiis se consilij scripture ex toto addicit:** ut vix nihil agat: nisi quod ex responso scripturarum audiatur: quasi in aquam se projiciens hosti illud dicit. **Que fluenta plenissima dicuntur:** quia de quibuscumque scrupulis in scripturis consilium querit sine minoratioe de omnibus ad plenam inveniuntur.

dd **Bene eius sicut areole aromatum: consite pigmentariis.** ]

**Si per oculos predicatorum intelliguntur:** bene per genas ipsi in ecclesia figurantur: qui martyrio vitam finisse perhibent. **Quis enim pro fide christi sanguinem suum fundere non dubitat:** qui gene in facie christi rubet. **Per eos quoque pulchritudo fidei christiane publicat:** quia ad quantum fidei premium tendant ostendunt dum pro ea moriuntur. **Que gene bene sicut areole aromatum esse dicuntur:** quia dum in constantia fidei martyrie electi exercentur: per cultum virtutum sancte opinionis fama quasi aromatum dilatant. **Sed areole pigmentariis coteruntur:** quia martyres sancti: et a peccatis dentibus predicatoribus ad confessionem roborantur: et a subsequetibus ad imitatioe exempli populis adducuntur ab illis qui peccaverunt pigmenta virtutum colunt: ab his vero qui sequuntur pigmenta exemplorum suscipiunt. **Unde et sequitur.**

ee **Labia illius lilia stillantia mirram primam.** ]

**Quid enim per labia sponsi nisi ipsos quos dicimus predicatorum christi intelligimus?** Qui dum mortem martyrii populis predicant: quasi mirram mortificationis carnibus ad condimentum distillant. **Que mirra bene prima esse dicitur:** quia nullus sic mortificatur: quo ille pro christo martyrio finit. **Primam enim dixit non pro tempore sed pro dignitate.** **Quid est quod labia sponsi lilia esse dicuntur:** nisi quod illi per quos christus loquitur necesse est ut mundum sint: et per eos bonus odor aspergat. **De quibus erat apostolus paulus qui dicebat:** Bonus odor sumus deo in omni loco: et in his

qui salui sūt. Sed notādū est qm̄ quicq̄d iusticie ⁊ fortitudis habet ab ipso xpo per exempla operū illius trahit. Ideo sequit̄ f. f. **Manus illius tornatiles auree: plene hiacintis.]**

**Q**uid em̄ permanus xpi designat: nisi opa que in mūdo gessit: ⁊ que nobis imitanda pponunt. Ipse em̄ ait: Qui me diligit: me sequat̄. Et ap̄l̄s. Qui dicit̄ in xpo manere: sicut ille ambulauit: ⁊ ipse ambulare debet. Manus vero tornatiles esse phibent: qz sc̄ta opa eius sine ipositioe iniquitatis ex oī parte in iusticia gradiebāt. **M** em̄ tornat̄ in rotunditate sui: sine obstaculo voluit. Sic xpi opera in rectitudinis rotunditate volebant: qz rotunditas nulla ei addebatur: qua minus iusticia ei⁹ in rotundū duceret. Auree etiā manu⁹ esse dicunt: qz quicq̄d exterius inter homines operabat̄: in diuinitatis pulchritudine disponebat. Manus quoqz sp̄si plene hiacintis esse dicunt: qz quicq̄qz illius opa p corde imitant̄: felicitatis eterne munerib⁹ in retributiōe ditant̄. Unde ⁊ idē redēptor. Qui mihi ministrare me sequat̄: ⁊ ubi ego sum: ibi ⁊ mister meus erit. Sequit̄.

**gg. Ceter ei⁹ eburne⁹: disticti saphiris.]** Quid p vētrē: nisi mortalitas. Et qd per ebur: nisi incorruptio designat. Ebur q̄ppe valde durabile os hz: ⁊ in ornamenta regū assumit̄. Ceter ḡ xpi recte eburneus esse dicit̄: qz mortalitas xpi ad immortalit̄ē perducit: dñ per resurrectionē ad gloriā patris sui regis v3 eterni: in vita eterna collocat̄. De quo dicit̄: **F**ps resurgēs ex mortuis: iā nō morit̄: mors illi vltra nō dñabit̄. Qui vero in ornamento regū assumit̄: qz quicq̄s carnis sue rex ⁊ dñs esse pbat̄: ipsius xpi mortalitate ⁊ resurrectione amore cognatiōis ⁊ spe immortalitatis ornat̄. Unde alibi dicit̄: Qui gloriat̄ in dño gloriat̄. Sed neuter disticti saphiris esse phibet: qz in nostra corruptiōe quā portauit: celestia opa per miracula que faciebat passioibus nr̄is inseruit. Saphirus em̄ qui aerēi colorē portat: bene celestia facta que in miraculis ostende

bant designat. Ceter vero xpi saphiris distinguit: qz dñ inter passioēs carnis v3 uina miracula opabat̄: quasi in corruptiōe corruptio variat̄. Quia dispensatione apl̄i in fide eruditi sūt: ⁊ ad passioēs tolerandas robusti extiterūt. Ideo sequit̄.

**hh. Crura illius colūne marmoree: que fundate sunt sup bases aureas.]**

**P**er crura apostolos intelligimus: per q̄s vniuersū mundū circuit: ⁊ fidē eis p̄dīcantib⁹ ppl̄is audietibus sparsit. Quib⁹ ipse in euāgēlio ait: Ite in orbē vniuersus ⁊ p̄dicate euāgēliū oī creature. Sed crura colūne marmoree esse phibent: qz ecclesiā inflexibil̄ sustinent: dñ p̄tra oēs aduersarios eorū p̄dicatiōibus ⁊ exēplis roborat. Sup bases autē aureas colūne fundate sūt: qz a p̄phay dicit̄ vt fortes p̄stiterēt: fidē vite gratiā perceperūt. Unde ipse prim⁹ ap̄l̄oz ait: Habem⁹ firmiorē p̄phetiā sermonē tui bñ intēdentes tanq̄ lucerne ardenti in caliginoso loco. Ideo em̄ auree dicunt: quia luce sapiētie resp̄lē descendere sciūt. Sequit̄.

**ii. Spēs eius vt libani: electus vt cedri.]** Libanus q̄ppe mons est in q̄ sublimis valde ⁊ odorifere arbores habēt.

Interpretat̄ autē libanus dealbatio siue candidatio. Et de xpo dicit ap̄l̄s paul⁹. Iste factus est nobis a deo sapia ⁊ sc̄tificatio ⁊ iusticia. Bene ḡ spēs eius vt libāi existit: qz per eū credētes de albamur: cui si adhe remus radicir⁹ sublimis efficiamur. **H**e ḡ grā etiā bone opiniōis odorē si quē habemus accipim⁹. Electus etiā vt cedri esse dī: qz de eo pf loquit̄. Ecce tu puer me⁹ quē elegit̄: dilectus meus cōplacuit sibi in illo aīa mea. Cedrus autē excelsa est valde arbor: ⁊ iputibilis. Xps autē excelsior cedris existit: qz quis hō sit: tñ deus esse nō desistit. De q̄ per elaiā dī: ⁊ sublimis erit valde. **O**do: etiā sup oēs est xps: qz ipse de seipso ait: Ego flos campi ⁊ lilium cōualisū. Et per sponfam ei dicit̄:

**kk. Currem⁹ in odore vngētōz tuorū.]** De quo bene hic sequit̄ **S**ūt illi⁹ suauissimū ⁊ tot⁹ deſſ



derabil. ] Per gust' q̄ppe voces trāfferūt  
 ⁊ sapores in ventrē hauriūt: q̄d em̄ p̄ gut  
 tur spōsi: nisi testm̄ xp̄i itelligit: p̄ q̄d xp̄s  
 nobil loq̄t: ⁊ in q̄ xp̄s suauis sit dñs: ⁊ a fidelib'  
 b' gustat. Tonus ḡ desiderabil' existit: qz  
 p̄ hoc q̄ de deo bona oīa aīa scā audit: ma  
 gis ac magis sp̄ ei videre ꝓcupiscit. **Cul'**  
 tot hōis enarrat: ꝓsequēter ꝓcludit dicēs  
**II. Talis est dilect' meus: ⁊ ipse  
 est amicus meus filie hierusalē.**

**S**ed enumeratis tot laudib' ostēdit: tot  
 muneribus q̄s audiens nō ꝓcupiscit: q̄s  
 intendēs non inardescit. Fidelis quippe  
 aīa queq̄: q̄ dulciora ⁊ ampliora de redē  
 tore suo audit: eo ardētius inbiat: ⁊ man  
 festiora de eo cognoscere appetit dicēs:  
**mm. Quo abiit dilectus tu' o  
 pulcherrima mulier? Quo abiit dilect'  
 tuus: ⁊ queremus eum tecū.] Cum em̄  
 pxim' pximo de xp̄o loquit: cū alter ab  
 altero qualiter iueniat sciscitat: q̄d aliud  
 q̄ quō xp̄i debeat ꝓcurat? Quāuis hoc  
 d' synagoga itelligi valeat: vt aliqñ puer  
 sa eccl'az inroget: cui pxim' eccl'ia rñdit:**

**D**ilectus meus descendit  
 in ortū suū ad areolā aromātū:  
 vt pascat in ortis: ⁊ lilia colligat.]  
 Dilect' in ortū suū ad areolā arō  
 tū descendit: qz eccl'az visitās ad eos maio  
 ri grā vēit: q̄s sc̄is opib' ⁊ virtutib' exēplis  
 bone fame odorē ex se pris emittere cōg  
 scit. In ortis pascit cū multax aīaz virtuti  
 b' delcat. Lilia colligit qñ ꝓfēos q̄sqz ab  
 hac vita succidit. Sz qz scā eccl'ia in filijs  
 suis fide xp̄o ꝓligit: spe suspēdit: caritate  
 cōglutināt: vt nihil extra xp̄m diligat: ⁊  
 eū sibi familiariter fide ⁊ amore inseparabi  
 lem teneat: ideo sul tangit:

**III. Ego dilecto meo ⁊ dilectus  
 meus tibi: qui pascit in lilijis.]** Nos  
 tandū q̄ppe qz synagoga p̄ ꝓdicationē ecc  
 lesie: ad fidē qñqz puerat: ita vt se abne  
 gās: xp̄m solū sequat: ⁊ eodē desiderio di  
 ligat xp̄m: q̄ cum ecclesia diligit: quē cete  
 ris postpositis solū amat. Quā laz amicā  
 factā: iam sponsā sibi ꝓiunctā sponsus ala

loquit: congratulās ⁊ dicens:  
**IV. Pulchra es amica mea: sua  
 nis ⁊ decora: sicut hierlm̄ terribilis: vt ca  
 stroz acies ordinata.]** Pulchra ⁊ amica  
 suauis ⁊ decora: sicut hierlm̄ synagoga ef  
 se ꝓhibet: qz ad scā. iiii. euangelia aliqñ  
 puerfa sicut eccl'ia sectabil'. Hierlm̄ q̄ppe  
 visio pacis interpretat: p̄ q̄ bñ scā eccl'ia si  
 gurat: qz dū in mūdo semp' ꝓfessurā pacē  
 viā fastidiēs: que sit pax ꝓrie celestis cur  
 rēdo ꝓtēlat: ꝓhdēs in eo q̄ discipul' suis  
 dicebat: In mūdo q̄ppe ꝓfessurā hēbitis: sz  
 ꝓfidite ego vici mundū. Digna aut' syna  
 goga puerfa sicut hierlm̄ pulchra: ⁊ amica  
 ca suauis ⁊ decora dñ: a q̄bus pulchrytu  
 dinē mox accepit vt placeat: exercitiū scēz  
 operatiōis colligit: vt in amicitia hereat:  
 suauitate mansuetudis discit: vt perma  
 neat: decore cōuersatiōis ostendit: vt per  
 exemplū trahat. De qua ꝓsequēter dicēz:

**V. Terribilis vt castroz acies  
 ordinata.]** Notū exp̄tis est cū in ꝓcinctis  
 ꝓtra hostes vadit: si stricti ⁊ ꝓcordit gra  
 diūt: ab hostib' ꝓtra veniētib' timēt: qz  
 dū t eis aditū ꝓ scissurā nō aspiciūt: qualē  
 eos penetrēt: hēsitātes nō inueniūt. Illis  
 qz hoc impenetrabile munimē efficit: qd cō  
 cordi: er ordinati seip̄is semetip̄os tuēt.  
 dū em̄ de seip̄is sibi vallū efficiūt: intrādū  
 aditū hostib' nō dereliquit: ⁊ ne occidāt  
 appetit ipi facill' occidūt. Sic in multiz  
 tudie fidelū ꝓrigit q̄ dū ꝓ malignos sp̄s  
 pugnat: nō desinit: necē est vt pace carita  
 tis ꝓstrigāt: q̄ salua sit. Si em̄ pacē tenet  
 tr̄bllis hostib' apper. Si ꝓ discordiā scin  
 dit vndiqz ab hostib' leuē penetrat. Pa  
 ce se itaqz mūiat: vnitate se viciat: caritate  
 se vniat: vt dā in seip̄a ꝓ scissurā vānū nō  
 patit: vncē suū sp̄ exultās: sine ꝓfusiōe se  
 q̄t. In pace q̄ppe ocul' mēi mōat: vt in  
 ipaz bñtudis visionē tēndat: quā nō sic  
 est in hac vita ꝓspicit: qz ꝓ possibile est pa  
 triā tenere: dū in exilio vnūsqz n̄m ges  
 mit. Ideo scē aīe inardescēt inbiāt. ꝓꝓi  
 quātī sponsus respondet dicēs:

**VI. Auerte oculos tuos a me: qz  
 igni me auolare fecerūt.]**